UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Sanctino episcopo et confessore. Cap[itulum]. cviij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

epo ex vrbe egreſſus cum eodē galliā adijt: et ab ipo preſbyter ordinatus: caſtreſiū pagū properans: euāgeliū predicauit: herbis viretibus et aqua frigida ſuſtentatus. Ad quē predicantē tres lictores a iuliano pfecto pariſius miſſi ſunt: vt eū tenerent: ⁊ occiderent. Qui eū prope pariſius inuentū nullo timore territum nec minis turbatū: nec vllatenus a doctrina deſiſtētem: verberibus ceſum decollauerūt. x. kalen. octobris. Cuius corpus truncū caput manib⁹ tollens vſqꝫ ad locū vbi ſanctus martyr ſibi ſepulturam elegerat quaſi miliario vno procedēs ibidē occubuit: ſepultuſqꝫ ibidē miro fragrans odore in loco: qui dicitur mons ſancti ionis.

¶ De ſancto Florentio preſbytero. Cap. cvij.

FLorenti⁹ preſbyter floruit tpe conſtantini imperatoris: qui ſancto floriano martyri ſociat⁹: de quo ſupra dictū eſt in eius paſſione. iiij. nonas maij poſt eius exceſſum ⁊ martyriū ſub diocletiano ⁊ peractū ab angelo monitus ad galliasvenit: ⁊ ad portū fluminis rhodani: qui dr̄ lugdunum applicuit: vbi cum eſſet dies dominicus: vt miſſam audiret: nauem confractam ſine gubernatore repertam aſcendit: ⁊ angelo duce tranſiuit: ibiqꝫ demoniacū inuentū ab oppreſſione immundi ſpiritus liberauit: ⁊ in ipa via plurima alia miracula fecit. Quem ſanctus martinus eps turoneñ. per viſum angelo monitus ſacerdotē conſecrauit. A quo dimiſſus venit ad locum ꝓpe ligerim: cui nomē erat gloriana: in quo erat ſpelunca ſerpētibus plena: quos ille ſua oratione fugauit: ⁊ ibidē ieiunijs ⁊ orationib⁹ quotidie vacās manſionē elegit. Singulis quoqꝫ annis oratiōis gratia turoneñ. veniebat. Cū aūt perueniſſet ad locū: q̄ dr̄ cōdata iuxta fluuiū mulierē cecā flantē amariſſime reppit: ⁊ ab ea filiuꝫ eius atqꝫ ductorē in flumine necatū audiuit: et mox orone pmiſſa in loco ei oſtenſo ab angelo piſcatores rhetia iactare fecit: ⁊ filiū mulieris de flumie viuū extractū ei reſtituit: ⁊ ipaꝫ iſup a cecitate ſanauit. Vixit aūt a tpe quo a ſctō floriano fuerat ſeparatus annis. lxiij. ⁊ annorum cxxiij. migrauit ad xp̄m. x. kalen. octobris. ſepultus apud lugdunū miraculis clarus.

¶ De ſancto Sanctino epiſcopo et confeſſore. Cap. cviij.

SAnctin⁹ eps apud meldeñ. ciuitatem claruit tempore domitiani ⁊ nerue imperatoꝝ qui a beato dionyſio eps ordinatus: miſſus eſt carnotū ad predicandum: ⁊ poſtmodū ab eodem meldenſi vrbi in pontificē prefectus eſt: cui antoninum iuniorē in ſociū ⁊ preſbyterum cōceſſit: mandans eis: vt poſt martyriū ipſius dionyſij quod ſe pro xp̄o paſſurum didicerat: omnia que circa ſe contigiſſent: romano pontifici ⁊ fidelibus rome intimare curarent. Itaqꝫ poſtq̄ dionyſius paſſus eſt ſanctinus et antoninus romā pergebant iuſſa impleturi: venientibuſqꝫ illis in italiā ſanctinus ſociū febricitantē diebus pluribus expectauit. Ne tandē iter retardaret: antoninū hoſpiti cum exenijs ⁊ lintheis cōmendauit: vt ſi cōualeſceret: inde ei miniſtraret: ſi decederet: illū inde ſepeliret. Et ſic a loco diſceſſit. Antoninuſqꝫ poſt modicum deceſſit. Queꝫ princeps ille omnibus ſibi retētis: in ſtabulo iumentorū in ſterquilinio ſepeliuit. Quod duꝫ ſanctinus qui iā fines vrbis tetigerat per ſpiritum cognouiſſet: retrocedēs ab hoſpite de ſocio requiſiuit. Ille autem eum obiſſe: corpuſqꝫ ſe honeſte ſepeliſſe affirmauit. Quem ſanctinus dementiēs: ac redarguēs ad locum acceſſit: ⁊ oratione premiſſa ſociū de foſſa euocans ſuſcitauit. Quod princeps ille cernens cōfuſus veniam petijt: ⁊ fidem chriſti ſuſcepit. Tunc ambo celebrata miſſa romā venerunt: et anacleto pape actus et geſta ſancti dionyſij: necnon ⁊ que ſibi contigerant narrauerunt. ¶ Perfectoqꝫ negocio ad vrbem meldenſem redierūt: predicationi inſtantes. Poſtque ſanctinus dormiuit in Chriſto decimo kalēdas octobris. Cui ⁊ antoninus in epatu ſucceſſit: ⁊ conſumatus ipſe in ſanctitate ad chriſtum migrauit. Quorū ambo corpora in vno tumulo collocata requieſcunt.

¶ De ſancto Lino papa ⁊ martyre. Cap. cix.

LInus papa ⁊ martyr natiōe italic⁹ de regiōe tuſcie: p̄re herculano beato petro apoſtolo in pōtificatu romano ſucceſſit. Seditqꝫ ānos. xi. mēſes. iij. dies. xiij. Hic ex precepto beati petri apoſtoli conſtituit: vt mulieres in eccleſia velato capite introirent. Dicunt quidam: q̄ linus ⁊ cletus petri ſucceſſores: nō ſederūt vt pontifices: ſed vt petri coadiutores: quibus beatus petrus in vita ſua credidit eccleſiaſticarum rerum diſpoſitionē. Ipſe xp̄o tm̄ predicationi ⁊ orationi vacabat: propter quod tanta auctoritate dotari meruerunt: vt in catalogo pontificū ponerentur. Clementē xp̄o ipſe beatus petrus ſibi ſucceſſorem conſtituit: licet autem hec veritate nitantur: tamē vt ait hieronymus: beatus clemēs ſpiritu ſancto plenus: timens ne apoſtolica ordinatio poſteris temporibus tranſiret in vitium: vt quidā munus hereditarium putantes: minus de dei cogitarent electione: linū ⁊ cletum ante ſe coegit pontifi-